



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Ioannis Cohlæi De Actis Et Scriptis Martini
Lvtheri Saxonis**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Viri diuinorum lectionum studiis dediti, & in lege Domini erudit ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

NERI diuinarum lectionum studi-
is dediti, & in lege Domini eru-
diti, sub religionis habitu præsertim con-
templantes, summo favore, ac dignitate
ali, celebrari e debent, eoque benignius de-
cet honestis suis desiderijs, ac probatissi-
mis animi votis obsequi, quo eorum fru-
tibus manus commodum Ecclesia dini
na consequi potest. Cum igitur Dominus
Ioannes Cochlaeus, Nurenbergensis, Ger-
manus, Magister in Theologia, sic in ea-
dem facultate hactenus studens, diuina
prudentia profecerit, quod per ipsu lau-
dabilibus Bibliæ & Sententiarum com-
pletis lecturis, ceterisque actibus, ad or-
dinem Magisterij requisitis, se idoneum
præbuit, ad recipiendum in eadem facul-
tate Magisterij gradum, honorem, ac in-
signia Doctoralia. Quapropter Venera-
bilis ac eximus Decretorum Doctor, ac
Ciuis Ferrariensis Dominus Georgius
Priscianus, in spiritualibus & tempora-
na inij

libus Vicarius Substitutus, Reuerendissimi in Christo Patris & Domini, Domini Hippoliti Estensis, Dei & Apostoli & Sedis gratia Cardinalis Sanctae Luciae in Silice, Episcopi Ferrarensis, nec non Florentissimi Studij Almæ urbis Ferrarensis optime meriti Cancellarij dignissimi, ad quem hæc & similia expediti pertinet: Attendens facundiam & huiusmodi facultatis scientiæ profunditatem, morum grauitatem, aliaque multiplicia dona virtutum, quibus eiusdem Domini Ioannis dignitatem Altissimus illustrauit, ipso ornatissimo Domino, Domino Ioanne, in priuato examine iuxta morem, supradicta facultate hodie personaliter constituto, & per Reuerendissimos Dominos Doctores, & Magistros excellentissimos Almæ Vniuersitatis sacrae Theologiae, Ciuitatis Ferrarensis, ardue & rigorose examinato, & ab ipsis omnibus Doctoribus unanimiter & concor-

diter approbato: Autoritate p̄fati Do-
mini, Domini Cardinalis, Episcopi Fer-
rariensis Cancellarij p̄nominati, sibi in
hac parte cōcessa, eundem Dominum Io-
annem (ut dictum est) ardue examina-
tum, & laudabiliter approbatum, fecit,
pronunciauit, & declarauit, verum &
legitimum sacræ Teologiæ Doctorem,
Magistrum, ac sufficientem, habilem, et
idoneum ad habendum, tractandum &
exercendum, officium & honorem Do-
ctoratus in eadem facultate. Mandas
p̄fatus Dominus Vicarius, & dictus
nouiter Magistratus rogās, de p̄dictis
omnibus & singulis me Notarium i-
terum publicum confidere Instrumentū,
Pontificalis Sigilli, Domini Card. Ferra-
riensis, appēsione munitum. Actum Fer-
rariæ in Episcopali palatio, Anno nativitatis
Domini nostri Iesu Christi, 1517.
Indictione Quinta, die 18. Martij, p̄
sentibus testibus vocatis & rogatis &c.